



22

RECTOR
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
CONR. SAMVEL
SCHVRZFLEISCHIVS,
HISTOR. ET GRAEC. LITERAR.
PROF. PVBL.

CIVIBVS ACADEMICIS

S. P. D.

16

Ita hominum peregrina-
tio est, et multis quidem difficultatibus
ac periculis circunsepta, adeo ut beatet
felices putandi sint, qui abeunt citius et
emigrant, veramque et sine longa iacta-
tione patriam consequuntur. Neque ta-
men non prosperum est, versari inter homines, et con-
sumpta aetate, sapienter cogitare, quemadmodum ratio-
nes peregrinandi utiles tempestive constituuntur. Hoc
semper, et sanctitate moris ac doctrinae probavit, et am-
plexus est, Vir admodum reverendus, IOANNES FA-
BRICIVS, sacerdos huius urbis, diuturna et permolesta
peregrinatione sua defunctus, cuius honori et memoriae
dari pat est, ut omnem eius peregrinationem et vitam ab
ultimo laboriosi itineris ac vitae initio repetamus, et poste-
ritati in exempla rectissima intuenti commendemus. Na-
tus vero est sacerdos animo et sententia optimus noster,
IOANNES FABRICIVS, in oppido vicinae ditionis no-
vo Brandenburgico haud vulgari, honestis et integra exi-
stimatione parentibus, ANDREA FABRICIO et VR-
SVLA HARTMANNIA, anno M DC XXIX. pridie
Kalend. Mai. nec multo post initiatus sacris, et Dei civitate
donatus, spem parentibus egregiam fecit. Cum vero
haud suo quisquam marte eniti facile possit, tum vitae
studiorumque magistrum ab ineunte aetate egregium
natus est DANIELEM SIMONIVM, ludique vonda-
literari moderatorem idoneum, atque in hoc doctrinae
humanioris genere diu ac diligenter versatum. Nam ra-
tiones et exempla parentum aequae ac praceptorum se-
cutus, talem se gescit, ut stipendio sublevandis studiorum
sumptibus constituto dignus haberetur. Anno ad me-
moriam sanctae pacis insigni M DC XLIIX. Rosto-
chium adiit, et pietatis disciplinam cum literarum et arti-
um studiis sciens ac prudens coniunxit, auctoribus praesi-
fertim dexterimis, Reinhardo et Cothmanno eam ad
rem perapte usus. Postea Vitembergam se contulit, nec
solum

solum publicis privatisqve doctorum scholis interfuit, sed etiam multa ac luculenta eruditionis documenta de-
dit, et habitis cum laude disputationibus, Doctoribus
Theologis, Scharfio et Calovio, qvorum praesidio niteba-
tur, tum iis maxime, qvi audiendi causa accesserunt, ope-
ram approbavit. Id praeterea in magna felicitatis parte
posuit, qvod commilitonem et contubernalem haberet D.
Ioannem Deutschmannum, venerandum ordinis sacri Se-
niorem, qvi fraterno amore eum complexus, consilio et in-
dustria singulari constanter adiuvabat. Anno huius seculi
qvinquagesimo summos in Philosophia honores rite ade-
ptus, et Latino Fabricii nomine se Magistrum renunciari
passus est, non levitate animi, quam procul habuit, sed
adductus imprimis auctoritate emendatissimi oratoris
Buchneri, qvi praemia publico nomine tunc elargieba-
tur. Ita vero in Academiae huius luce versatus est, ut
et praceptoribus vehementer placeret, et commilito-
num diligentiam exemplo suo accenderet: qvo factum
est, ut certatim quaereretur ad munia sacra publice obeun-
da, non a Civibus suis tantum et Parthenopolitanis, sed
praecipue ab huius Academiae patribus, cum Schmideber-
gensium sacris recte et mature prospiciendum esset. Ipsa
Vitembergadeum IOANNEM retinuit, et prater o-
mnem spem DIACONI provinciam ei demandavit, quam
MDCLIX. anno suscepit, et summa fide tutatus est, us-
que dum per gradus ad superiorem ARCHIDIACONI locum
perveniret, eumque ad extremum vitae finem ornaret.
Aliqando post MAGDALENAM Iacobi Martini, sum-
mi Theologi, filiam uxorem duxit, qvae cum sine liberis
obiisset, voti compos, et secundum maritus, REGINAM
ELISABETAM, reverendo ANDREA MULLERO,
Vitembergensium coetua sacris, prognatam, in matrimo-
nio habuit, ex eaqve liberos qvinque procreavit, sed o-
mnes eos, et una coniugem, mors eripuit, et dolori ac lu-
etu viduum prope confecit. Qvare novum orbitatis quae-
sivit solatum, et ANNAM MARIAM, D. GODO-

FRE-

FREDI SVEVI ICti, longe celeberrimi et gravissimi filiam sibi adiunxit uxorem, quae eum prole ter auctum rursum praematura morte viduum fecit. Nunc obitum eius acerbissime deplorat ANNA, Samuelis Pomarii, Theologi et Lubecensium Antistitis meritissimi filia, cum qua per annos XXIV. suavissime vixit, et bina filiorum funera extulit, relicta unica filia virgine, IOANNA DOROTHEA, et unico item filio ANDREA SAMVELE. Ipse quidem valetudine dubia, ac saepius adversa ab ultima usque pueritia fuit, praesertim cum laboraret ventriculi visus, ac febribus et calculi doloribus tentaretur. Itero ante triennium correptus, eo que morbo tum divina opera liberatus est, sed posteaquam is denuo velut ex insidiis, et nihil opinantem invasit, prostrato tandem senili corpore, et viribus usque quaque confectis, vietas hosti manus, invitato nihilominus animo dare est coactus. Cum enim intelligeret, ultimam sibi instare horam, adeo eam non extimuit, ut quoque expectaret fortiter, ac ad spem melioris vitae erexit, inter gemitum, suspiria et preces expiraret sanctissimus senex, qui vitam et peregrinationem absolvit suam, quam ita instituit, ut nunquam huius eum poeniteret. Dotrinam sine corruptelis proposuit, ac pietatem non verbis modo, sed etiam rebus factisque testatus, in se ipso constantiae, benignitatis, concordiae et patientiae, quasi speculum praebuit, usque eo, ut nec boni reperirent, quod in eo desiderarent, nec mali, quod reprehenderent et calumniarentur. In primis autem singularis eius diligentia et assiduitas in sacro munere enituit, a quo nec senectute nec morbo se abstrahi passus est, cum ne paucis quidem ante mortem diebus sacros labores, quoad per afflictas vires fieri poterat, recensaret. Sic finem invenit gravis et diuturni itineris, ac delatus in coelestem patriam, societatem cum iis iunxit, quibus praeiverat, viamque salutis commonstrarerat, et quod caput confectione peregrinationis est, Deum videt, pro quo legatione in his terris fungebatur. Piae, et ab omni labore expurgatae, quas vivus ad coelum duxit, animae, iam demum gratulationis officio perfunctae, patrem quondam in terris, nunc novum Civem, et in coelesti domicilio exoptatissimum hospitem festo et solenni gaudio receperunt. Nec vero nobis partes nostrae negligendae, sed supremi honores beatissimo Ioanni persolvendi sunt, et lugentium dolores amplissimo comitatu leniendi: cuius causa ut hodie, Cives, ab hora I. pom. frequentes eatis exequias, non tantum patris vestri divinioris merita, sed maxime etiam necessitudinem Martinianarum et Svevianarum, ac denique Marianarum decora, ornamenta ac merita in omni genere maxima, me non admonente a vobis requirunt. P.P. DOM. XVII. post TRIN. A. M DC XCVIII.

FREDI SVEVI ICti, longe celeberrimi et gravissimi filiam sibi adiunxit uxorem, quae eum prole ter austum rursus praematura morte viduum fecit. Nunc obitum eius acerbissime deplorat ANNA, Samuelis Pomarii, Theologi et Lubecensium Antistitis meritissimi filia, cum qua per annos XXIV. suavissime vixit, et bina filiorum funera extulit, relicta unica filia virgine, IOANNA DORTHEA, et uno item filio ANDREA SAMVELE. Ipse quidem valetudine dubia, ac saepius adversa ab ultima usque pueritia fuit, praeferim cum laboraret ventriculi virtus, ac febris et calculi doloribus tentaretur. Inter ante triennium corruptus, eoque morbo tum divina ope liberatus est, sed posteaquam is denuo velut ex insidiis, et nihil opinantem invasit, prostrato tandem senili corpore, et viribus usquequamque confectis, vietas hosti manus, invicto nihilominus animo dare est coactus. Cum enim intelligeret, ultimam sibi instare horam, adeo eam non extimuit, ut quoque expectaret fortiter, ac ad spem melioris vitae erexit, inter gemitum, suspiria et preces expiraret sanctissimus senex, qui vitam et peregrinationem absolvit suam, quam ita instituit, ut nunquam huius eum poeniteret. Dotrinam sine corruptelis proposuit, ac pietatem non verbis modo, sed etiam rebus factisque testatus, in se ipso constantiae, benignitatis, concordiae et patientiae, quasi speculum praebuit, usque eo, ut nec boni reperirent, quod in eo desiderarent, nec mali, quod reprehenderent et calumniarentur. In primis autem singularis eius diligentia et assiduitas in sacro munere enituit, a quo nec senectute nec morbo se abstrahi passus est, cum ne paucis quidem ante mortem diebus sacros labores, quoad per afflictas vires fieri poterat, recensaret. Sic finem invenit gravis et diuturni itineris, ac delatus in coelestem patriam, societatem cum iis iunxit, quibus praeiverat, viamque salutis commonstraverat, et quod caput confectae peregrinationis est, Deum videt, pro quo legatione in his terris fungebatur. Piae, et ab omni labore expurgatae, quas vivus ad coelum duxit, animae, iam demum gratulationis officio perfunctae, patrem quondam in terris, nunc novum Civem, et in coelesti domicilio exoptatissimum hospitem festo et solenni gaudio receperunt. Nec vero nobis partes nostrae negligendae, sed supremi honores beatissimo Ioanni persolvendi sunt, et lugentium dolores amplissimo comitatu leniendi: cuius causa ut hodie, Cives, ab horam pom. frequentes eatis exequias, non tantum patris vestri divinioris merita, sed maxime etiam necessitudinem Martinianarum et Svevianarum, ac denique Pomarianarum decora, ornamenta ac merita in omni genere maxima, me non admonente a vobis requirunt. P.P. DOM. XVII. post TRIN. A. M DC XCVIII.



REC
ACADEMIAE VI
CONR. S
SCHVRZFL
HISTOR. ET GR
PROF.

CIVIBVS AC
S. P

